



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto euplo martyre. Cap[itulum]. liij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

ad xpm pridie idus augusti. Ab eodem pontifi-
ce in ecclesia sancti gregoriū tumultata: vbi & q̄
scit miraculis clarens.

De sancto euplo martyre.

Cap. lxxij.



Euplus:

martyr: in ciuitate catanien-
si: sub caluissiano consulari. Dū
entim idem caluissianus in tē-
plo idolorum sacrificaret: et

insultant imperatorū passus est
sub caluissiano consulari. Dū
entim idem caluissianus in tē-
plo idolorum sacrificaret: et
Euplus se christianum publice proclamaret tē-
tus est: & questus quem deum coleret. Qui cum
quattuor euangeliorum codicem quem secum
habebat aperuisset: et coram eo legisset chris-
tium confitendo ab eodem iudice dicitur tor-
tus: deinde contra eum dicta sententia de-
collatus est pridie idus augusti. Sepultusq; est
in ipsa ciuitate.

De sancta Dilaria & sociabus
martyribz.

Cap. lxxij.



Dilaria martyris ma-

tre sancte aphe fuit. De qua su-
pra dicitur est nonis augusti.
Que cum ancillis filie sue di-
gna: eumenta: & eutropia apud
cretam in ciuitate augusta pas-
sa est. De cum corpus predictę aphe marty-
ris sepelissent: die sequenti ad tumulum eius
orantes reperte sunt & comprehense: atq; iudi-
ci presentate. Que dum christum confiterentur
in monumento de lignis facto incluse sunt: & ca-
thentis vincite: ipsosq; tumulo feno & spinis reple-
to: igne supposito: martyrium compleuerūt pri-
die idus augusti. Quorum corpora iuxta aphe
martyrem condita sunt.

De sanctis Quiriaco & socijs mar.

Cap. lv.



Quiriaco

Largus: cres-
centianus:
Demintia: lu-
ciana: Leonis-
des: Euthy-
titanus: Diomeda: Ehariton:
Phtadelphus: Agapes: et
Petrus cum alijs tredecim
apud eandem ciuitatem aus-

gustam in creta passi sunt. Qui omnes pro co-
fessione nois christi decollati martyrium consu-
mauerunt pridie idus augusti. Dec ado ex mar-
tylogio hieronymi.

De sanctis hippolito & socijs
martyribz.

Cap. lvi.



Hippolitus

et omnis eius fam-
lia vtriusq; sex? nu-
mero. xix. rome passi sunt sub
Decio cesare & valeriano pre-
fecto. Cum enim hippolitus
beatum Laurentium in custo-
dia haberet sibi a prefecto va-
leriano commendatum: et vis-
disset eum manus super oculos
cecorū imponēte: & eos illuminantem cō-
uersus est & cum omni domo sua baptizatus:
vt dictū est supra in passione laurētij. iij. idus
augusti. Postq̄ autē corpus beati laurentij cum
iustino presbytero sepelisset venit domū: & dās
pacem oibus seruis & ancillis suis: omnes sac-
ramento altaris: quod iustinus presbyter ob-
tulerat cōmunicauit: & posita mensa prius q̄ cis-
cium sumeret: venientes milites eum rapuerūt:
& ad decium adduxerunt. Quem decius inter-
rogauit: an magus effectus esset: eo q̄ corpus
laurentij abstulisset: illeq; respondit se nō esse
magum: sed christianū. Tunc decius fecit eum
expoliari habitu christiano: & os eius lapidibz
tundit: atens vt sacrificaret: ne per tormenta si-
cut laurentius periret. Cum autē diceret se vel-
le exemplum beati martyris laurentij imitari:
iussit eum decius iustibus cedi: & cardis terre-
is lantari: & cum tormenta huiusmodi derides-
ret: fecit ipsum vestiri veste militari: qua ante
vtebatur: hortans vt amicitiam & militiam pri-
stinam obtineret: cui hippolitus se xpo milita-
re dicebat: quem tradidit Decius valeriano p-
fecto: vt omnes eius facultates acciperet: & tor-
mentis afficeret. Valerianus autem inuenta
omni eius familia xpiana omnes sibi exhiberi
precepit: & cum ad sacrificia cogerentur: cōcor-
dia nutriti hippoliti pro omnibus respondit: q̄
optabant cum domino suo magis pudice mori.
q̄ impudēce viuere. Valerianus autem dicens:
q̄ genus seruorum: nisi per supplicia non emē-
datur: iussit eum presente sancto hippolito tā-
plumbatis cedi: quousq; spiritū emitteret: de-
inde extra portam tyburinam sanctum hippo-
litum cū omni eius familia duci fecit: quos cū
ipse ad martyrium hortaretur iussit Valerianus
eos omnes in conspectu sancti hippoliti decol-
lari: ipsum nō pedibus ad colla indomitiorum
equorum ligari fecit: qui sic per cardos & tribo-
los tractus emisit spiritum. Quorum corpora
iustinus presbyter rapuit: & iuxta corpus bea-
ti Laurentij in agro verano sepeluit. Corpus
nō concordie inuentre non poterat: quia fuerat
in cloacam proiectum. Omnes autem quidam
nomine porphyrius credens concordiam aurū
& margaritas in vestibus habere: quendā cloa-
carum nomine hyzencū: qui erat occulte chri-
stianus aduocauit: & ei secreti vbi corpus esset